Եւ Նստեալ ընդ աջմէ Հօր:

Նստեալ Eſt præteritum infinitivi modi, provenitquè à verbo primitivo Նստիլ Sedere, dicitur primitivum, eò quod à nullo alio, ſed à ſeipſo originem trahat; ընդ eſt præpoſitio ablativum regens; Sic e.g. Credimus Chriſtum Dominum ſedere, ſive juxta proprium tempus præteritum Armenorum, ſediſſe ad dexteram Patris, ընդ աջմէ Հօրէ. Probatur etiam articulus iſte ex textu S. Scripturæ in Pſal: 109. ubi leguntur verba hæc Chriſti divinitatem ſummè probantia: Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis: ex hoc textu patet, Filium Dei ſedendo à dextris Patris; et Patrem à dextris Filij ſtando, utrumquè pariter ejusdem magnificentiæ, gloriæ, eminentiæ, atque Majeſtatis eſſe.

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 1513, p. 109 – <i>Confessio fidei Armenicæ ecclesiæ</i> in Armenian and Latin (http://www.e-codices.ch/fr/csg/1513/109)